Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Nacha

Et cum ipse Jordanem in campum magnum coram bethsan Et erat Iu
das congregans exercitus · et exhortabat populum per viam donec
venirent in terram Juda Et ascenderunt in modum Syon cum leticia et gaudio
et obtulerunt holocausta quia nemo ex eis cecidit donec reverterentur in pace
Et in diebus quibus erat Judas et Jonathas in Galaad et
Symeon frater eius cum omni plebe galilee audiuit Josephus zacha
rie filius et azarias principes exercitus et res bene gestas et plia
que facta sunt · et dixit faciamus ipsi nobis nomen et eamus pugnare
aduersus gentes quae in circuitu nostro sunt Et praecepit his qui
erant in exercitu suo Et abierunt Jamnia Et exiuit Gorgias de
Ciuitate et viri eius obuiam illis in pugnam Et fugati sunt Joseph
phus et azarias usque ad fines Juda Et ceciderunt in illa die de plebe
israhel ad duo milia virorum Et facta est fuga magna in plebe · quia
non audierunt Judam et fratres eius existimantes se fortiter esse facturos
ipsi autem non erant de semine virorum illorum per quos salus facta
est in israhel Et viri Juda magnificati sunt valde in omnibus locis
israhel · et gentes omnes ubi audiebant nomen eorum et uenerunt
ad eos cum iaculis et exiuit Judas et fratres eius Et
expugnabant filios esau in terra quae ad austrum est et percussit
Hebron et filias eius et muros eius Et cum sic fecisset die per ciuitatem
et mouisset castra ut iret in terram alienigenarum · et pabulabat
Samariam · In die illa ceciderunt sacerdotes in bello dum
volunt fortiter facere · dum sine consilio exiit in plium Et declinauit
Judas in azotum in terram alienigenarum Et vidit aras eorum Et
spolia deorum ipsorum incendit igni · et cepit spolia Ciuitatum Et
reuersus est in terram Juda Sequitur liber sextus

VI

Et rex Antiochus · pambulabat superiores regiones
Et audiuit Ciuitatem esse Elimaidem in perside nobi
lissimam et opulentam in auro et argento templum
in ea locupletissimum valde Et illic velamina aurea gloriae et sancta
quae reliquit Alexander philippi rex macedo qui regnauit primus
in graecia Et uenit et quaerebat ciuitatem capere et praedari eam
Et non potuit quoniam innotuerat sermo his qui erant in Ciuitate Et
insurrexerunt in plium · et fugit inde et abiit cum tristicia magna

excerit